characterem. ibid. 9
- Vide *Potestas*.
- Jurisdictio delegata contentiosa fini-
tur morte delegantis , re adhuc in-
tegra. p.478. 8
- Jurisprudentia*.
Jurisprudentia canonica , & theolo-
gica disciplina plura inter se com-
munia habent , & in aliquo diffe-
runt. p.3
- Jurisprudentia canonica dividitur in
res Fidei , & in res quae circa disci-
plinam versantur ; jureque scrip-
to , & non scripto constat. p.3.
& 4
- Jurisprudentia canonica apud Ro-
manum Tribunal incrementa sus-
cepit. p.7. 4
- Ius*.
Jus Canonicum unde conflatum.
p.6. 1
- Juris divisio ab Ulpiano tradita rej-
icitur. p.10. 1
- Juris anima & legis est ipsa ratio,
ibid. & p.11
- Juris variae divisiones. p.11. 2
- Jus Civile quodnam dicendum. ibid.
- Jus Canonicum quatenus à Civili
differat , & cum eo conveniat.
p.15. 1
- Jus Canonicum quid comprehendat.
ibid. 2
- Juris Canonici tractatio in sex libros
distribuitur in hoc Opere. ibid. &
seq. 3
- Jura in rebus lege non definitis per-
multa relinquunt judicantis arbitrio.
p.326. 9
- de Jure Regio in populum. p.700. &
seqq.
- Vide *Vestigium*.
- Juspatronatus*.
Juspatronatus possesso acquiritur
cum titulo colorato , & bona fide
possessoris per præscriptionem ,
quæ multæ præsentationes effe-
ctum sortitæ roborarunt. p.143. &
seq. 14
- Juspatronatus per successionem ad
hæredes transmittitur , nullo hábi-
to sexuum discrimine , & semper
hæreditarium præsumitur , nisi de
opposito constet. p.146. 22
- Juspatronatus etiam quoad proprie-
tatem acquiritur per consuetudi-
nem præsentandi ; & quid ad hanc
consuetudinem requiratur. ibid. &
seq. 24
- Juspatronatus tribus modis acquiri-
tur. p.140. 3
- Juspatro

Rerum Notarium.

- Juspatronatus aliud Ecclesiasticum, aliud Laicum, & in quibus differunt. p.141.4
Juspatronatus Laicum quomodo ab Ecclesiastico discernatur. p.142.8
Justitiae definitio & divisio traditus. p.603.1

L

Laicus.

Laicus in causa mortis vel mutilationis ex jure licita solam irregularitatem absque peccato incurrit. p.595.18
Laicus Chirurgiam, aut Medicinam exercens juxta regulas artis sue, non incurrit irregularitatem, et si membrum resecet, aut resecari mandet. p.596.21

Largitio munierum.

Largitiones munierum Religiosis qualiter, vel illicitae. p.106.5

Laudemium.

Laudemium ex emptione & venditione census non debetur; secus vero in emphyteusi. p.667.12

Legatum.

Legata pia relieta in testamento nullo & invalido sustinentur, & solvenda sunt ab herede. p.706.3

Legata pia etiam non aditam hereditate debentur. ibid.

Legatus.

Legati statuta non expirant ejus morte; quā tamen expirat ejus subdelegati jurisdictio, nisi jam antea præcesserit citatio: idemque dicendum de quomodocumque finita legatione. p.72.9

Legati & delegati discrimen. ibid. & seq. 1

Legatorum Papæ tres distinguuntur differentia. p.73.2

Legati à Latere in quo conveniant cum veterum Romanorum Proconsulibus. ibid. 3

Legatorum & Nunciorum Apostolicorum potestas quandiu duret, & ad quæ se extendat. ibid. 4. & seqq.

Legatus à Latere an possit beneficiarias pensiones imponere in provincia sue legationis. p.174.12

Legatus an possit admittere resignationem Beneficii sub onere pensionis. p.184.7

Lex.

Lex humana agat etiam secundum conscientiam. p.12.1

Legis conditiones requisitæ, quatum, vel alterius harum defectu nullatenus ligat. p.13.2. &c 4

Leges non receptæ an obligent. p.14.5

Legis Aquilia capitula duo. p.622.9

Leges civiles tuentes dispositiones ultimæ voluntatis, quibus defunctus inutiliter de facultatibus suis dispositus, dummodo de ipsis voluntate constet. p.625. & seq. 7

Licentia.

Licentia Regularibus concessæ confessiones audiendi & concionandi, possunt ab Episcopis restringi, ad tempus limitari, & penitus auferri. p.46. & seqq. n.14. & seqq. ubi vari casus circa hoc referuntur.

Lis.

Litis contestatio quomodo fiat, & qui sint ejus effectus. p.428.7

Lite non contestata an procedendum

G G g g g 2 sit

Index omnium

fit aliquando ad auditionem partium, vel ad sententiam definitivam; ubi etiam de Ordine judicario. *Ibid.* & seq. 8.9

Eitem contestari necesse non est ubi de plano proceditur, ac sine strepitu, & figura judicii. p. 430. 12

Lis quandonam contestata censemur, tam Jure Gallicano, quam communis. p. 481. 7

Litis cessio gratuita circa Beneficia litigiosa ab omni simoniae labo pura est. p. 509. 8

Literæ.

Literæ gratiosæ & justitiæ quid sint, & quomodo inter se differant. p. 18. 8. & 9

Vide *Rescriptum*, per Literas Apostolicas non potest quis ultra duas dietas extra suam diecem extrahi, nisi vel de Partium consensu impetrantur, vel aliter exprefse in ipsis statuantur. p. 19. 14

Literæ provisionum beneficialium insinuandæ sunt apud tabularia Episcopalia, & intra quod tempus ab ipsorum data. p. 212. 1

Literæ subrogationis quid sint, à quo obtainenda, & quis earum effectus & vis. p. 215. & seq. 9. & 10

Eiteris subrogationis collitigantium obtentis à Papa intra mensem, necesse est præterea in Gallia obtinere literas Regias intra annum ad illarum effectum, hisque peractis potest etiam aliquis tertius alias literas in Romana Curia impetrare cum clausula, *si neuiri, si nulli iugementum sit*, ut aliis deficientibus is subrogetur. p. 216. 11. & seqq.

Literæ dimissoriæ an expirent morte.

concedentis: vide *Concessio, Prævilegium.*

Locus.

Loca exempta, & loca nullius Dicēsis, quantum in Jure differant. p. 38. 1

Loci sacri pollutio: vide *Pollutio.*

Loci sacri reconciliatio non est necessaria, si ejus profanatio non est publicè notoria. p. 605. 11

Lucrum.

Lucra à filiofamilias in paterna domo facta cui acquirantur: vide *Filiusfamilias.*

Lucrum ex re aliena particulari aliquis industriæ factum, quod dominus rei non fecisset, cuinam acquiratur. p. 661. & seq. 1. 2. & 3.

Lucrum cessans quid sit, vide in dictioribus *Damnum emergens*, & *Ursura.*

M

Mandatarius, & Mandatum.

Mandatarius Apostolicus decem dies habet ad eligendum, utrum è duobus Beneficiis vacantibus acceptare velit. p. 121. 6

Mandatarii Apostolici præferuntur quibuscumque Graduatibus, etiam in Beneficiis, quæ in Graduatorum mensibus vacant. p. 139. 7

Mandatum Apostolicum in jure frequens, & odiosum, quodnam. p. 16. 3

Mandata spontanea, & liberæ delegations simplici notificata revocatione exspirant. p. 48. 17

Mandata procuratoria ad resignandum post anni lapsum, ut irrita rejicit.

Rerum Notabilium.

rejicit Cancellaria Romana. p. 124.
18

Vide *Expectative*.

Mandata Apostolica collatori Beneficii significata, ad quid eum adstringant. p. 134. 10

Vide *Indultarius, Indulsum*.

Manuum injectio.

Manuum injectio in Clericum quam paenam multetur; & qui in hac materia Clerici nomine comprehendantur. p. 491. 1. 2. & 3.

Manuum injectio in Clericum triplicem, & quae excommunicationi subjaceat. p. 492. 5

Vide *Percusso*.

Mater.

Mater tenet filium triennio maiorem alere, & filiam dotare, si aliunde alimenta & dote habere non possint. p. 618. 14

Matres jure scripto Romanorum ad successionem filiorum admittuntur, sed paulo altero provisum est in Gallia per Constitutionem Caroli IX. p. 708. 9

Mater adultera quae filium adulterinum marito supposuit, ad quid tenetur. p. 713. 2

Matricularius.

Matricularii, sive auditui conferre tenentur ad Ecclesiae cultum & reparationem quas recipiunt elemosynas, quarum rationem reddore tenentur Ordinariis, aut horum delegatis, non vero Officialibus laicis. p. 245. 6

Matrimonium, & Matrimoniales cause.

Matrimonium inter Episcopum pro-

priamque Ecclesiam interveniens quatuor modis dissolvitur. p. 360. 1

Matrimonium quid sit, quomodo initietur, ratificetur, & perficiatur. p. 355. 1

Matrimonium magis consistit in animorum, quam in corporum coniunctione. ibid.

ante Matrimonium denunciations praemittendae sunt in Ecclesia. p. 356. 5

ex Matrimonii clandestinis, fictis & simulatis nulla nascitur obligatio sponsaliump. p. 358. 9

Matrimonii minister essentialis non est Sacerdos, sed ipsi contrahentes. p. 360. 1. 2

Matrimonii materia proxima & remota quænam. p. 361. 3

ad Matrimonii validitatem utrum requiratur mutuus consensus ad copulam. p. 362. 5. 6

in Matrimonio quod praecessit votum castitatis, perdurare potest dominum motuum in corpora, sed tamen ligatum & impedimentum: ubi etiam de matrimonio Beatissimæ Virginis cum Sanctissimo Iosepho. ibid. & seq. 7

Matrimonium validè per procuratorem ante & post Tridentinum contractum est. p. 363. 1

Matrimonium per procuratorem contractum an validum sit, si mandans post mandatum incidenter in amentiam quæ perduret quo tempore procurator contrahit, p. 364. 4

Matrimonium contrahendum ter in Ecclesia denunciandum. p. 365. 1

Vide *Denunciatio*.

Matrimonium quandonam contrahi possit,

Index omnium

- possit, non præmissis denunciatiōnibus. p.367.5
Matrimonium contrahendum impeditur assertione unius testis fide digni, & non suspečti circa matrimonii impedimentum, donec oppositum probetur. ibid. 6
- Matrimoniorum impedimenta, vide *Impedimentum*.
Matrimonium illicite contrahitur inter eos qui vovere castitatem aut Religionem. p.368.2
Matrimonia tempore interdicti contrahi possunt. p.370. & seq. 7
Matrimonia an penitus prohibentur temporibus præscriptis ab Ecclesia. p.371. 8
Matrimonium inter consanguineas personas usque ad quem gradum prohibeatur Jure Canonico, & in quibus possit dispensari. p.374. 8. & 9
Matrimonium baptizatae personæ cum non baptizata irritum est Jure Ecclesiastico; secus de matrimonio Catholicæ personæ cum hæretica. p.378.8
ut Matrimonium Catholicum licet cum hæretica contrahat, an semper sit necessaria dispensatio. ibid. & seq. 9
Matrimonia Catholicorum cum hæreticis non debent permitti in Gallia. ibid.
Matrimonium ab infidelibus contratum an possit dissolvi ab eo qui ad fidem convertitur, altero nolente ad fidem converti. p.379.10. & 11
ad Matrimonii vinculum non sufficit consensus utcumque liber, & qualis metus sufficiat ad cum invalidum.
- dandum. p.381.5
ut Matrimonii promissio obliget, debet fieri cum voluntate se obligandi. p.383. & seq. 10
Matrimonium facte promittens adhibito juramento emissò animo jurandi, quanvis careat intentione facte promissi matrimonii contrahendi, tenetur nihilominus matrimonium illud contrahere: secus verò dicendum si factum quoque esset juramentum. p.384. & seq. 11. & 12
- Matrimonia ex defectu consensu invalida nullum pariunt publicæ honestatis impedimentum. p.386.21
Matrimonium sensis planè decrepiti, vel ægrotantis morbo incurabili, an sit validum. p.394. & seq. 14. & 15
Matrimonium impuberum an sit validum: vide *Impubes*.
Matrimonio contracto à puberibus, quomodo sit computandum triennum experientiae, si de eorum imponititia dubitetur: ubi de malitia supplete ætatem. p.395. 16
Matrimonium clandestinum irritum est jure novo Concilii Tridentini. p.398. 1. & p.402. & seq. 7
Matrimonia filiorum familiæ absque consensu parentum inita, Constitutionibus Regum in Gallia prohibita: ubi de vero intellectu Regiarum Constitutionum, & articuli 40. Blesensis circa hanc materiam. p.400. & seq. 4. 5. & 6
Matrimonii nullitas proveniens ex defectu conditionum quas requirit articulus 40. Blesensis Constitutionis, nullatenus attingit ipsum Sacramentum. p.402.7
Matrimo

Rerum Notabilium.

Matrimonia filiorumfamilias in quibus patris consensu non interveniat, jure civili Romanorum irrita erant. p.403.8

in Matrimonii filiorumfamilias necessarius est tutorum, curatorum, & proximiorum cognatorum assensus in Regno Francie. ibid.9
in Matrimonii liberorum non est necessarius praecedens & expressius parentum assensus. p.404.10

Matrimonium absque præmissis proclamationibus contractum, Blesnium Conciliorum articulo 40, decernitur invalidum: ubi de aliis requisitis juxta prædictum articulum. ibid. 11

ad Matrimonii validitatem an sufficiat Parochi etiam inviti præsentia, etiam in Gallia. ibid. & seq. 12

Matrimonium cui Parochus unius contrahentium assensit intra propriae Parochia fines, validum est. p.406.18

ad Matrimonium contrahendum quis censeatur proprius Parochus. Vide *Parochus.*

Matrimonio in gradibus prohibitis contracto vel consummato, an indulgenda sit dispensatio. p.412.8

si Matrimonium coram Parocco & testibus bona fide initum, competriatur tandem invalidum propter aliquid dirimens impedimentum, necesse est, ut post imperatam dispensationem, aut impedimenti cessationem, partes mutuum interesse denuo consensum renovent. p.412. & seq.8

Matrimonium per vim contractum spontanea cohabitatione convalescit. p.743.34

Matrimoniales causæ jure communis & usu Gallico ad Ecclesiæ cognitionem pertinent. p.460. & seq.3

Medicus.

Medicus munus suum non implet, qui remedium efficacius quod ad manum habet, ægroto non exhibet, ut aliud administret, quod minus probabiliter proderit. p.327. & seq.7

Mendacium.

Mendacium officiosum non est licitum. p.441. & seq.9. & 11

Mendaciæ definitio juxta mentem Di- vi Augustini. ibid.10

à Mendacio excusatetur sanctissimi homines in Scriptura laudati, et si videatur mendacium protulisse. p.442. 11

ad Mendacium fugiendum licitum est ut verbis amphibologicis, urgente justa causa & ratione. ibid. & p.443, ubi aliquot Sanctorum doctrina, & facta circa hoc adducuntur.

Mendacium non couisque devitandum est, ut ejus vitandi causâ publica fides violetur. p.446.1

Meretrix.

an Meretrix possit turpitudinis sua pretium retinere: vide in dictione *Condicio.*

Meritum.

Merita folius Christi cunctis applicari possunt, aliorum vero soli operanti. P.344.3

Metropolitanus.

Metropolitanorum præminentia, & jurisdictione in Suffraganeos Episcopos. p.24.13

Metropolitanorum jus totam provinciam, & suffraganeorum Diceceses visitandi

Index omnium

visitandi valde imminutum, & ferè
penitus ademptum. ibid. 13
Metropolitæ possunt in tuta provin-
cia sua Crucis vexillum ante se fa-
cere deferre. p.26.16

Metus.
Metus minor causa sufficit in femina
quam in viro. p.380.1
Metus : vide in verbis *Matrimonium*,
Impedimentum.

Minister.
Minister minus dignus quandonam
digniori præferri possit, absque
peccato conferentis Beneficium.
p.677. 6

Vide *Beneficium.*

Minor.
Minor 25. annis de Beneficio provi-
sus capax est ad agendum in judi-
cio sine autoritate, vel assentia
tutoris vel curatoris. p.482.14

Missa.
Missarum applicatio an libera sit Ca-
pellano vel Ecclesiæ Rectori, ubi
non constat de certa Fundatori intentione. p.250. & seq.8

Missæ perpetua & quotidiana si fun-
data sit, an adstringatur Capella-
nus quotidiè per se, vel per alium
celebrare. p.251.9

Missarum quotidianarum fundatarum
inducæ, & intermissiones diversi-
modè à Summissis, & Canonistis
assignantur. p.252.10

Missarum induciis absque stipendii
diminutione quandonam locus sit,
ibid. & seq.11

Missæ audiendæ præceptum quale à
Christianis exigat officium. p.261.2

Missæ auditioni an satisfaciat qui si-
mul obligationi Divini Officii re-
citandi, vel injunctæ à Confessario

pœnitentiæ satisfacit. ibid. 3
Missæ audiendæ præcepto an satisfa-
ciat qui tempore celebrationis ejus-
dem Missæ peccata sua sacramen-
taliter confiteretur. ibid. 4

Missæ duas medietates à duobus Sa-
cerdotibus audiens, an præcepto
satisfaciat, vel qui ad breve tem-
pus discedit, ut deferat candelas,
vinum, aquam, aut similia requi-
sita. p.262.5.6

Missæ audiendæ quænam pars omis-
sa pertingat ad mortale. ibid. 7

Missam celebrans tempore recitatio-
nis Officiorum Chori, non lucrat-
tur distributiones ejus Officii quod
tunc in Choro canitur, nisi id fiat
ex aliqua rationabili causa, appro-
bante Prælato. p.162. & seq.8. &
p.490. 8

Milliarum stipendia quibus Sacerdos
non satisfecit, aut quarum cele-
brationem nimis distulit, ita ut non
profuerit secundum intentionem
stipendi dantis, restituenda sunt.
p.683. 18

Missæ valor triplex distinguitur, ibid.
& seq.19

pro Missâ unica non potest accipi du-
plex stipendium, quin tenetur Sa-
cerdos onere restituendi. ibid.

Milliarum votivarum stipendia, aut
onera quotidiana : vide *Clericus.*

Missio in possessionem.
Missio solemnis in possessionem Bene-
ficii postremò requiritur, que ta-
men prærequirit ad consistorialia
Beneficia literas magni Sigilli Re-
gii. p.214.5

missionis in possessionem Beneficii
forma, & subsequens insinuatio.
ibid. & seq.6

Missio

Rerum Notabilium.

Missio in possessionem non est actus personalis , & fieri potest per procuratorem. p.215.7

Mobilia.

Mobilia cultui divino destinata , aut defervientia ad necessarios usus constitutorum in Sacris , pignori capi , vel distrahi non possunt : & quid de mobilibus agricolarum. p.485.31. & seq.

Monachus.

Monachi etiam ex levibus culpis possunt à Superioribus causā correctionis , citra peccatum & excommunicationem percuti. p.494.12

Monasterium.

Monasterium inopij laborans potest absque labore simoniæ pacisci super almonia ejus qui suam in Religione prosequitur admissionem , & cuius vietui suppeditare non sufficit , modò non plus petatur quam opus sit. p.515.6. & seqq.

Monasteriis divitibus non licet pacisci titulo alimentorum ante admissionem postulantium : ubi quomodo in hac materia taxandæ sint Monasterii facultates temporales. p.518. & seq. 12. & 13

Monialis.

Monialis futura voluntas ab Ordinario exploranda ante habitus susceptionem & professionem. p.96.11

Moniales à quibus clausura violata est , non possunt ab alio quam à Supremo Pontifice absolviri ; secus tamen in Gallia. p.565. & seq.4

Monitorium.

in Monitoriis ad criminis testificatio-nes elicendas non debet reus no-minari , nisi per voces individu-vagi. p.551.24

Monitoria non sunt pro re levi decernenda : & quæ taxatio sit in hoc sequenda. p.557. & seq. 14

Mulier.

an Mulieres pro clausura Monasterii violata teneantur ad Supremam Se-dem recurrere : vide *Casus reser-vati , Clauſura*.

Mulieribus in quibusdam casibus non competit exceptio Senatusconsulti Vellejani : vide *Senatusconsultum Vellejanum*.

Mulier in Galliæ Regno & vicinis quibusdam provinciis se obligans pro liberando è carcere viro , non juvatur Vellejano. p.631. & seq.14

Mundus muliebris.

Mundus muliebris ad quem pertineat mortuo marito , an ad uxorem , an ad mariti hæredes. p.732.2

Munus.

Munera non sunt semper præsumenda gratuita , præsertim creditori à debitore oblata. p.641.8

Munus à lingua , munus à manu , & munus ab obsequio : vide *Simonia-cum pretium*.

Mutuans , Mutuarius , & Mu-tuum.

Mutuanti quando licitum sit aliquid supra sortem accipere ratione periculi eam amittendi. p. 648. & seq. 1.2

an Mutuarius teneatur ad aliquid ultra sortem mutuatam. p.729.4

Mutuum quid sit ; quare ita dicatur ; & quæ sit materia circa quam ver-satur. p.632. & seq. 1. & 2

Mutui differentia ab aliis contracti-bus. ibid. 2

Mutuum debet esse merè gratuitum. p.633.4

H H h h

Mutuum

Index omnium

Mutuum implícitum & explicitum
usurarum copiosa seges : & quo-
modo mutuum palliatum & fene-
ratitum contrahatur. p.638. & seq.
2. & 3

N

Nepos.

Nepotes an ad avorum Beneficia
immediate admitti possint.
p.151. & seq.4
Nepotes quomodo ad prædefuncti
patrui successionem simul cum
avunculis admittantur ; & an ex
diversis fratribus filii avunculo
succedant in capita , an in stirpes.
p.709. & seq.12

Nominatio, & Nominatus.

Nominatus intra quod tempus petere
debeat Beneficium vacans sibi con-
ferri. p.124.16
Nominationis jus ad vacatura Regni
Beneficia Consistorialia, Episcopala
& Abbatias Regi Galliae attri-
butum per Concordatum Bononiense.
p.135.2

Nominationi Regiae ad Consistoriales
Regni dignitates locus est , sive
per obitum , sive per resignatio-
nem , sive per juridicam depositio-
nem vacent. ibid. & seq.2
Nominationi Regiae an locus sit
quando Regni Dignitates vacant
in Curia Romana. p.136. & seq.6

Novale.

Novale quid sit in Jure Canonico,
& cui accrescant novalium deci-
mæ. p.82.9

O

Obedientia, & Obedire.

Obedire Superioris subalterni
mandato non licet contra vo-
luntatem altioris Superioris. p.96.1
Obedire Superiori Ecclesiastico sub-
ditus non tenetur in tribus casibus.
p.97.2.3. & 4

Obedientia Potestati spirituali & tem-
porali debetur , circa quam doctri-
na D.Thomæ assertur. p.97. & seq.
6. & 7

de Obedientia Superioribus Regula-
ribus à subditis debita , traditur
D. Bernardi doctrina. p.101. &
seq. 14

Oblatio.

Oblationum nomine quæ compre-
hendantur , & quæ Parochis , quæ
vero Ecclesiæ fabricæ , & ornatui
cedant. p.256.8

Vide *Inobedientia, & Religiosus.*
Obligatio, & Obligatus.

Obligationes quæcumque centum li-
brarum valorem excedentes , apud
acta Notariorum redigi debent ;
nec admittitur probatio per testes,
nisi in necessariis quibuldam casi-
bus , et si in his summa sit minor
quam centum librarum. p.483.23
Obligationes quæ ad restituionem
non astringunt, recensentur. p.614.
& seqq.

Obligationis definitio. p.619.1
Obligationum fontes disquiruntur ad

Theologorum & Jurisconsultorum
mentem. p.620.2

Obligatio ex pacto nudo. ibid.3
Obligationes ex Jure naturali & ci-
vili

Rerum Notabilium.

- vili permixta ex quatuor fontibus emanant. ibid. 4
- Obligationes ex quasi contractu quæ. p. 621. 6
- Obligationes ex delicto, & quasi delicto. p. 622. & seq.
- Obligatio naturalis prævalet post factam solutionem, ne condicatur ut indebitum quod jure naturæ debetur. p. 630. 9
- Obligatio principalis debitoris extenuatur ad fidejussiones, & extraneos pignorum aut hypothecarum possessores. p. 636. 6
- Obligati ad ratiocinia irregulares censentur. p. 592. 7
- Oeconomus.*
- Oeconomus viduata Ecclesiæ datus non potest defuncti Prælati locationes rescindere jure Regaliæ. p. 243. 12
- Officialis.*
- Officialis Episcopi quis sit, & quæ eius munia. p. 61. & seq. 1. & 2
- Vide *Vicarius.*
- Officium Divinum.*
- Officii Divinæ recitationi quinam adstringantur, & in quibus casibus ab ea obligatione eximantur. p. 104 & seq. 18
- Officium Divinum nocturnum pariter & diurnum studiose & devote recitari Ecclesia præcipit. p. 263. 9
- Opinio.*
- Opinio, scientia, & dubium distingui solent in speculativa & practica. p. 321. 2
- Opinio probabilior potest esse minus tuta; & opinio tutior potest esse minus probabilis. p. 322. 3
- Opinio tutior, & probabilior, quæ sint. ibid.
- ex Opinione probabili quandonam quis possit agere. ibid. & seq. 4. & 5
- ex Opinionibus oppositis, quarum singulæ sint probabiles, non licet eligenti præferre minus probabilem, probabiliore relista. p. 323. & seq. 7
- in Opinionum conflicitu si ex utraque parte probabilitas æqualis apparat, quid agendum. p. 324. & seq. 8
- ex Opinionibus oppositis, si una quidem tutior est, & altera probabiliior, licitum est sequi probabiliorem. p. 327. & seq. 11
- Opinio tutior semper est eligenda ubi Sacramenti consciendi valor, vel alicujus animæ salus pericitatur. p. 330. 14
- Opiniones scandalosæ recentiorum aliquot ab Alexandro VII. damnatae recensentur. 332. 333. 334. & seqq.
- Opiniones aliae ab Innocentio XI. damnatae referuntur. p. 337. & seqq.
- Opus.*
- Opera festis diebus interdicta quænam, & quæ licita. p. 259. 1. 2. & 3
- Operum servilium genera quatuor, quæ etiam Dominicis licita censentur. ibid. & seq. 4
- Ordinarius.*
- Ordinarii jus habent visitandi clausuras Monialium, Exemptis tamen Secularibus, quam Regularibus subditarum. p. 56. 16
- Vide *Episcopus.*
- Ordinarii nullum jus habent circa provisionem Beneficiorum certo alicui Monasterio affectatorum,

HHhhh 2 ubi

Index omnium

- ubi in commune vivitur. p.117.⁶
Ordinariis in Gallia non permittitur
condemnatio in exilium, neque re-
legatio ad tristemes. p.435.¹⁰
Ordinariorum jurisdictio circa delicta
Regularium. p.436.¹³
Ordinariorum jurisdictio circa delicta
Clericorum privilegiata limitatur
in Gallia. ibid.¹⁴
Ordinariorum potestas circa dispen-
sandum in impedimentis matrimo-
niis: vide *Impedimentum*.
Ordinare, Ordinatus, Ordo.
Ordines alieno subdito sine proprii
Episcopi Dimissoriis conferri non
debent: & quid de habente privi-
legium à Papa Ordines suscipiendi
à quocumque Episcopo. p.29.⁹
Ordinari nemo potest, nec etiam pri-
mā Tonsurā initiari, nisi à proprio
Episcopo, vel de ejus licentia Li-
teris dimissoriis expressa; & quæ
peccæ incurvantur à secus facien-
tibus, & à quibus absolvī possint.
p.68.& seq.¹
Ordines an absque dispensatione sus-
cipere possit ille, de quo dubita-
tur, an sit legitimus. p.329.¹²
Ordinis Sacramenti definitio tradi-
tur. p.348.& seq.¹
Ordinum septem species. ibid.
Ordines sacri quinam. ibid.
Ordines omnes, etiam minores, vera
& propria sunt Sacraenta, juxta
communiorem opinionem. p.350.³
Ordinis ordinarius minister est Epi-
scopus. ibid.& seq.⁴
Ordinari nemo debet nisi per pro-
prium Episcopum, aut cum ejus li-
centia, de qua constet per Literas
Dimissorias. p.351.⁵
Ordinari potest absque dimissoriis qui
privilegium habet à Sede Aposto-
lica ad suscipiendos Ordines à quo-
cumque Episcopo communionem
Sedis Apostolicae habente. ibid. &
seq.⁸
Ordinati cum falsis, fictis, aut fidu-
ciariis titulis, suspensionem incur-
runt. p.352.¹⁰
Ordinati extra tempora à Jure sta-
tuta, vel ante legitimam aetatem,
suspensionem perpetuam incur-
runt. ibid.¹¹
Ordinandorum aetas, & qualitates.
p.353.¹³
Ordinationum tempora, & intersti-
tia, ibid.¹², & 14
Ordinatus ab Episcopo qui ante Or-
dinum collationem protestatur se
non intendere ordinare eos qui
aliquem contra Canones defectum
habent, censetur verè, & validè
ordinatus, eti conscius alicujus
talis defectus, sine peccato tamen
mortali, se ficit ordinandum, ibid.
& seq.¹⁵
Ordines plures simul suscipiens, sive
sacros, sive minores, quam peccatum
incurrat. p.354.¹⁶
Ordines sacri & Sacerdotium validè
conferri possunt infantibus bapti-
zatis, & adultis, qui nec habent,
nec unquam haberunt rationis
usum. ibid.& seq.¹⁷
Ordinatus coacte, an validè ordina-
tus censeatur. p.355.¹⁸
Ordines minores recipiens ante legi-
timam aetatem, non incurrit sus-
pensionem. p.357.⁷
Osculum.
Oscula, & amplexus, & similes tactus
quando sint peccata mortalia, vel
non. p.418. & seq.²³
Oculula

Rerum Notabilium.

Oscula & amplexus, secluso periculo
pollutionis, non prohibentur inter
Ispinos. p.419.3

P

Pactum.

Pactum apud Ordinarium initum
de solvendis expensis olim fa-
ctis in Beneficio compermutato,
illicitum est. p.188.13

Pacta alia & circumstantia permuta-
tionis, aut resignationis illicitæ.
ibid. & seq. 4. & 15

Pactum legis commissoriæ potest ap-
poni in contractu censuſ resigna-
tivi: secus verò in contractu cen-
suſ consignatiū. p.661. & seq. 2

Pacta quæ contractibus ex contra-
ventione intentione adjunguntur,
vim ordinariam ac legitimam con-
tractuum extendere, vel restringere
pollunt. p.728.1

Pactum addictionis in diem, redemp-
tionis, aut retrovenditionis, appo-
situm in contractu emptionis &
venditionis, quid operetur. p.729.5

Pactum legis commissoriæ approba-
tum in emptione, reprobatur in pi-
gnore, ibid.

Pactum tacitum citra ullam expres-
sionem quandoque exurgit ex con-
tractu. ibid. 6

Pactum nudum an pariat actionem:
vide *Actio*.

Pactum legis commissoriæ: vide *Emp-
tio, Venditio, Usura*.

Pallium.

Pallium extraordinario privilegio ali-
quibus Episcopis concessum est;
sed à talibus gratificationibus jam

omnino cessatum est. pag. 25. & seq.
Pallii usus soli Romano Pontifici
semper & ubique licitus. p.26.15
Pallium dandi jus qui habeant. ibid.
Pallium personæ cohæret, & cum ea
debet separari. ibid.

Papa.

Papa titulo præventionis jus habet
conferendi universa Beneficia.

p.125.1

Papa conferre potest quæcumque Be-
neficia vacant in Romana Curia.
ibid.

Papa solus potest Regularem perso-
nam de Ecclesia Seculari provi-
dere. p.117.4

Papa duplex jus competit circa Be-
neficiorum Ecclesiasticorum colla-
ctionem. p.125.1

Papa acceptans resignationem patris
in favorem filii legitimi, censemur
in ea dispensare. p.152.6

Papa solus potest Collegiam Ec-
clesiam in Cathedram erigere.
p.163.16

Papa potest dispensare circa regulam
de infirmis resignantibus, etiam
in præjudicium Graduatorum, &
Indultariorum Curiæ Parisiensis.
p.197.13

Papa potest tempus publicationi re-
signationis præstitutum prorogare.
p.198.3

quomodo Papa possit absque delicto
simoniæ permettere, & constituere
pensiones, etiam cum obligatione
illas largiore pecuniâ redimendi,
super Beneficiis & Episcopatibus,
de quibus pleno jure non provideret.
p.526. & seq. 1. & 2

Parentes.

Parentum obligatio erga filios, & in
HH h h 3 qui

Index omnium

- quibus casibus non teneantur eos
alere. p.616.10
- Parentes liberos vivos ex priore con-
jugio habentes non possunt poste-
riori conjugi, aut liberis ex poste-
riori conjugio natis aliquid am-
plius relinquere, quam filiis prioris
matrimonii, sive per donationem,
sive per aliam dispositionem. p.617.
- 13 Parentes liberos habentes ex priore
& posteriori conjugio, quomodo
debeat, & possint disponere de
bonis tam priore quam posteriore
matrimonio constante acquisitis,
ibid. p.618
- Parochia, Parochianus, & Parochus.*
Parochia quid sit, & quid requiratur
ad Parochialem Ecclesiam consti-
tuendam. p.79. & seq. 1
- Parochiali Ecclesiae vacanti statim, &
& quammaxime fieri potest, provi-
dendi sunt idonei Pastores. p.80.
& seq. 4. & 5
- Parochus unicus unius Parochialis
Ecclesiae debet esse, & stabilis ad
vitam. p.80.2.3
- Parochi officium quale. p.81.6
- Parochi jura circa oblationes & de-
cimas, quae ex novalibus prove-
niunt. p.82.8.9
- Parochi oppidorum muratorum con-
stitui non debent in Gallia, nisi in
Theologia, vel sacris Canonibus
Graduati. p.83.11
- Parochus proprius quis censeatur, &
quomodo acquiratur. p.405.13
- Pauchi quilibet locorum, per que-
vagi transiunt, possunt ipsorum
matrimonii interesse: ubi quid
circa hoc statuerit Concilium Tri-
dentinum. ibid. 14
- Parochus sceminae saepius interest ma-
trimonio, quando Partes sunt di-
versarum Parochiarum. ibid. 15
- Parochus proprius potest assistere ma-
trimonio sui Parochiani, etiam in
aliena Parochia & Diocesi, sine li-
centia Parochi illius loci, extra ra-
men Ecclesiam Parochialem, ibid.
& seq. 16
- Parochus proprius validè, licet non
licite, potest Parochiani sui matri-
monio assistere contra Ordinarii
prohibitionem. ibid. & seq. 17
- cum Parochis dispensari non potest,
ut studiorum causâ à sua Ecclesia
abesse possint. p.490.7
- an Parochus possit pecuniam exigere
ad sacram & spirituale beneficium
peragendum, ad quod ipse ex offi-
cio tenetur. p.523.3
- Parochiani astringuntur fabricæ do-
mus Curionis: vide in verbo Po-
pulus.
- Parochi quanto tempore possint à Pa-
rochia abesse, quin fructus amittant:
vide *Beneficiarius.*
- Pater.
- Pater potest immediatè succedere in
Beneficium quod filius possedit,
p.153.7
- Patronus.
- Patroni Ecclesiastici solum, & non
laici, præsentatio per Papam po-
test præveniri, dummodo per ex-
pressam clausulam eidem deroga-
verit. p.141.6
- Patronus quanvis ad Beneficium ido-
neus, non potest seipsum præsen-
tare. ibid. 7
- Patronus quomodo præsentationem
facere possit, & intra quod tem-
pus: ubi de forma præsentandi,
p.142.

Rerum Notabilium.

- P.142. & seq. 9.10.11. & 13 Patronus unus potest ab aliis compatrionis , & proprio Procuratore presentari. p.143.12 Patroni hæretici non per seipso, sed per Catholicos procuratores in Gallia præsentare possunt. p.144. 15 Patronorum jura suspenduntur, eisque ad tempus derogatur in quibusdam casibus , qui recensentur. p.145.16. & seqq. Patronis præter jus præsentandi alia jura competunt, quæ recensentur. p.145.21 Patroni si plures sint, quid requiratur, ut eorum præsentatio valeat. p.146.23 Patrono qui aliquem præsentavit, cuius præsentatio ex aliquo accidenti, quod nullatenus prævideri potuit; effectum non est sortita, liberum est alium præsentare. p.147. 26 Patronus non excidit jure nominantis , si citra ipsius fraudem prima non successerit. ibid.p.148 Patronus pater potest proprium filium ad Beneficium præsentare. p.148. & seq. 1.2 *Paupertas.* Paupertas regularis & essentialis obligat quocumque Religiosos , non verò accidentalis , nisi hanc Regula quoque injungat. p.105.1 *Peccator, & Peccatum.* Peccatorum numerus & circumstantiae quomodo sint in sacramentali confessione exprimenda. p.308.1.1. 12.13 Peccatum nascitur ex conscientia erronea in actibus etiam per se licitum.
- citis. ibid.12 Peccatorum circumstantias quævis notabiliter aggravantes , non est necesse confiteri , dummodo speciem non mutent. P.309.14 Peccator publicus quis sit , & an sit ei deneganda Communio. p.286. & seq.3 Peccator occultus an sit Communione privandus. p.287.4 ut Peccatori publico publicè Communio dari possit , quæ requirantur. p.288. & seq.7 Peccato alieno cooperans per actus de se licitos aut indifferentes, an peccet mortaliter : ubi de remigibus Christianis apud Infideles captivis. p.693. & seq.9. & 10 Peccatum quomodo in confessione Examinandum, vide *Confessio.* *Peculium.* Peculium triplicis generis distinguitur , & quodnam religiosæ paupertati aduersetur. p.105.2 Vide in verbo *Filiusfamilias.* *Pensio.* Pensiones super Beneficiis ex tribus causis apponi possunt. p.170.3 ut Pensio super Beneficio constituitur, quæ requirantur. p.171.4 Pensiones super Ecclesiis , & Beneficiis in quibusdam casibus imponi possunt ab Episcopis. ibid.5 Pensio an extinguitur , si contingat Clericum pensione oneratum recipere Beneficium super quo erat constituta pensio. p.172.7 Pensionem extingui aliud est, aliud consolidari cum Beneficio. ibid. Pensionis modus diversimodè taxatur. p.173.9 Pensionis beneficiariæ redimenda , & extin-

Index omnium

- extinguenda modus quis licitus,
& quæ dispensationes ad id requi-
rantur. *ibid.* & seq. 10. 11
Pensionum reliqua solvere non tene-
tur successor in Beneficio. *ibid.* 9
Pensiones beneficiaria quibus modis
finiantur, & extinguantur. p. 175.
15. & 16. & p. 176. 17. & seqq.
Pensionis onere solvendæ astringitur
Ecclesia, cum beneficij fructibus
possessor juridicè privat. p. 177
23
Pensionem solvere tenetur successor
in Beneficio sibi resignato. *ibid.*
24
Pensiones beneficiaria qua parte an-
ni solvendæ sint. *ibid.* & seq. 25.
& 26
Pensiones beneficiarias olim pro re
temporali habitas, in spiritualem
statum evexit Pius V. p. 178. 27
Pensionarius ad quæ Beneficij onera
teneatur. *ibid.* & seq. 28
de Pensionibus super Præbendis Ec-
clesiarum Cathedralium, vel Col-
legiatarum, aut Parochialium, &
super Beneficiis Curatis impositis
tria edicit Ludovicus XIV. p. 179.
30
Pensionum reservationes super Præ-
bendis Ecclesiarum Cathedralium,
Collegiatarum, aut Curatarum,
certis limitibus Edicto Regio in
Gallia coercentur, earumque abu-
sus ressecatur. p. 179. & seq. 1
Pensiones beneficiarias ab Episcopis
constitutas, quas approbent, quas-
ve ut irritas, & limoniacas rejici-
ant Curiæ Regni Gallicani.
p. 181. & seq. 1
Pensionum reductio qualis admitta-
tur in Gallia. p. 182. 2
- Pensiones ab Episcopis constitutæ an-
transcant ad Beneficij successorem,
vivente adhuc pensionario, an ve-
rò extinguantur morte illius, cui
primum imposta fuit solvendæ
pensionis obligatio. *ibid.* & seq.
3. & 4
Pensiones beneficiarias ab Episcopis,
aut inferioribus Prælatis constiui-
permittentes Canones sacri refe-
runtur. p. 183. 5
Pensiones beneficiarias approbandi
causæ in solis Romanorum Ponti-
ficium provisionibus Gallicano ufu
receptæ, tres referuntur. p. 184. 8
Pensiones Ecclesiasticae an pro Bene-
ficciis habeantur, ut in imperatio-
nibus carum mentio sit facienda.
p. 246. 2
Pensio permulta cum Beneficio com-
munia habet, non tamen applica-
tione Beneficij continetur. p. 247.
& seq. 3
Pensionis expressio necessaria est dum
imperandum est rescriptum in for-
ma pauperum, & dum aliquis vult
nova pensionis gratiam imperare.
p. 248. 4
ut Pensio ab Episcopo super Bene-
ficio imposta valeat, quæ requirantur.
p. 511. 13
Pensio terminos à Canone, vel con-
suetudine præfixos excedens, ad
terminos à jure præscriptos est re-
ducenda. p. 512. 14
Pensionum quæ ex aliquo Beneficio
percipiuntur tres species referun-
tur. p. 528. & seq. 4
Pensio laïca quæ propter aliquid mi-
nisterium temporale tribuitur laï-
co, sive Clerico de bonis Ecclæ-
sia, potest redimi, atque etiam
pretio

Rerum Notabilium.

pretio vendi sine simonia, p. 129.5

Pensionis onus impositam in Beneficii cessione, vel renunciatione, addito pacto, ut statim, vel paulo post aliquam summam oblatam integrum, pensio redimatur, simoniactum censetur. *ibid.* & seq.

Pensio super Beneficii imposita à Papa absque justa causa, an sit simoniaca: vide *Papa*.

si Pensio Clericalis pretio in alium transferatur, aut per anticipatas solutiones extinguatur, an excommunicatione incuratur. p. 133.4

Pensiones annuae in perpetuum piis locis relietæ an habeant vim indeficientem, & quamcumque præscriptionem excludant. p. 116. & seq. 9

Vide *Beneficiarius, Clericus*.

Pensio alimentaria filiorum ex bonis paternis, vel maternis deducenda, omnibus aliis creditoribus est præferenda. p. 119.5

Percussio, & Percusor.

Percussio levis Clerici quænam censi debet. p. 492.6

Percussio gravis, aut mediocris Clerici potius censenda est quam levis in re ambigua. *ibid.* & seq. 7

à Percussione gravi, aut mediocri Clerici quis ablolvere possit. p. 493.8 à Percussione quacunque Clerici, vel Monachi possunt aliqua persona absolviri. p. 494. 11

Percussores Clerici vel Monachi, urgente necessitate ab Episcopo, vel Sacerdote absoluti, ratione impedimenti adeundi supremam Sedem, an cessante impedimento teneantur supremum Pontificem adire, *ibid.* 13

si Percussio Clerici sit occulta, nec in forum deducta contentiosum, nullibi necesse est convenire supremam Sedem pro absolutione. p. 495.14

Perjurium.

Perjurium nullum est sine mendacio, & notabilis circa hoc aliquot Sanctorum Patrum doctrina refertur.

p. 443. & seq. 12. & 13

Permutatio.

Permutationes Beneficiorum licita, & à quibus admitti possint. p. 185.1

ad Permutationes Beneficiorum quæ requirantur. *ibid.* 4. & p. 186. 5. & 6

Permutatio Beneficiorum, sive conformium, sive disformium, valida est. p. 186.7

in Permutationibus Beneficiorum conditiones, & pactiones aliquando apponuntur, quæ pravitate simoniaca fecundantur: aliae etiam quæ non aliter validas sunt, nisi summi Pontificis dispensatione roborentur. p. 187. & seq. 11. 12. 13

Permutationes Beneficiorum fraudulentæ quæ censeantur. p. 186. & seq. 14

Permutatio certi Beneficii cum alio incerto, & indefinito paris proventus, nuncquam confirmatur à Papa, nec debet ab Ordinariis admitti. p. 189.15

Vide *Beneficium*.

Permutatio Beneficiorum, & renuntiatio quandonam simoniaca sit: vide *Simonia*.

Philosophus.

Philosophorum Ethnicorum ducentæ octoginta - octo fuere de summo

IIIii hominis

Index omnium

hominis bono sententia, ex quibus unica sola vera est. p. i

Plebanus.

Plebanus in jure quis dicatur, & quid sit Plebania. p. 150. 4

Plato.

Plato singulari felicitate ingenii notitiam summi boni assequutus est. p. 2

Penitens, & Penitentia.

Penitentia falsa, quibus nulla est imperienda absolutione, quae sunt juxta Canonem 22. Lateranensis Concilii. p. 344. & seq. 5

Penitent qui Confessarium accersit mandavit urgente moris periculo, & antequam adveniret loquela amisi, an absolvit possit. p. 316. & seq. 6. & p. 318. 9

Penitent absolvendus non est, in quo nulla praecesserunt peccata confessionis, aut contritionis à Sacerdote perspecta, vel à circumstantibus attestata signa. ibid. 10

Penitent confitens in aliena Diocesi an possit absolviri à casibus reservatis in propria Diocesi, sed non in ea in qua confiteritur. p. 318. & seq. 1

Penitent confitens in aliena diocesi remittendus est ad proprium Superiorum pro absolutione ab excommunicationibus reservatis, sive sint à jure, sive ab homine. p. 319. 2

Penitent oblitus alicujus peccati reservati, & in confessione absolutus ab habente facultatem absolvendi à reservatis, poterit in alia confessione absolviri ab iisdem casibus reservatis oblitis per alium Sacerdotem approbatum, quanvis caret facultate absolvendi à reservatis, dummodo cum bona fide

accedat, & sciens & volens non abutatur confessione, ibid. & seq. 5. & 4

Penitent qui non vult desistere ab opere quod secundum probabilem Piorum & doctorum, nec ab Ecclesia reprobatam opinionem est licitum, est absolvendus, quanvis minus probabilis videatur Confessario. p. 329. & seq. 13

Penitentia Sacramentum administratur per modum judicii, & requirit causæ cognitionem & jurisdictionem completam. p. 289. 1

Penitentia ut Sacramentum ex quibus constet. p. 297. 1

Penitentia Sacramenti forma est absolutio per Sacerdotem collata, ibid. & seq.

Penitentia Sacramentum nullus potest ex sola vi sui Sacerdotii administrare. p. 289. & seq. 2

Pollutio.

Pollutio voluntaria, aut voluntaria in ea delectatio ita divina legi prohibentur, ut nulla causa possit habere licitas. p. 419. 4

Pollutio prævisa an possit permitti, ibid. & seq. 5

Pollutio loci sacri non contingit, nisi vulnus fuerit receptum in loco sacro. p. 604. 10

Pollutione loci sacri notoria facta, nefas est divina in eo Officia peragere: & quid si profanatio contingat dum Missa celebratur, p. 605. 13

Populus.

Populus quomodo contribuere teneatur reparationi Ecclesiarum, & fabricæ domus Curionis. p. 346. & seq. 4. & 5

Portio.

Rerum Notabilium.

Portio.

Portio congrua perinde ac alimenta non patitur dilationem, & peti potest ab ipso litis initio per provisionem. p.255.6

Possessio, & Possessor.

Possessionis causa dividitur à causa proprietatis quoad controversias Ecclesiasticas in Gallia : & vide quomodo intelligatur. p.454.3

Possessionis tempora inter emptorem & venditorem, inter defunctum & heredem continuantur in civilibus: secus verò in pacifica Beneficii possessione. p.464. & seq.3

Possessor condemnatus ad dimittendam possessionem quomodo multetur, si post duodecim dies significata sententia non obtemperaverit. p.484.29

Possessor bonæ fidei definit bona fide possidere statim ac novit rem quam possidet esse alienam: & ad quid teneatur si eam vendiderit, aut alteri donaverit. p.699. & seq. 7. & 8

Possessor rei alienæ an teneatur ad restitutionem fructuum bona fide perceptorum. ibid.8

Potestas.

Potestas Prælatis Ecclesiæ à Deo duplex concessa, & ad quid utraque referatur. p.423.6

Potestas utraque, ordinaria & delegata, exerceri potest & attribuitam in interno foro, quām in extero. p.424.7

Potestas duplex conferatur in Sacerdotis ordinatione. ibid.9

Potestas Clavium duplex. ibid.

Potestas jurisdictionis interioris requirit characterem, sed non pote-

stas exterioris jurisdictionis. p.424 & seq.9.& 10

Potestas conferatur per modum jurisdictionis, quando eligitur non tam personæ industria, quām ejus officium. p.425.11

Potestas delegata quandonam subdelegari possit. ibid.& seq.11.& 12

Præbenda.

Præbendæ Theologates & Præceptoriales idoneis conferri debent; sed in hocabusus quidam invahit deplorandus. p.228.19

Præbendæ nomine quæ comprehendantur. p.235.2

Præbendarum Capitularium vacantium provisio ad quem de jure pertineat. ibid.5

Præbenda Capitularis si duobus, uni per Episcopum, alteri verò per Capitulum conferatur, neutri acquiritur: & quid si seorsim ab uno ex duobus conferatur. ibid.45

Præceptum.

Præceptum charitatis erga proximum, aut ab alia virtute manans non parit restituendi obligacionem, si violetur: ubi de hac materia varia exempla. p.614. & seq.

Præceptum de honorandis parentibus inter primam & secundam tabulam medium collocatum. p.615.7

Prælatus.

Prælati Regulares jus habent conferendi Beneficia sua jurisdictioni ac dispositioni subjecta. p.128.9

Prælati Ecclesiastici quibus ex causis suspendantur: vide Suspensio.

Prescriptio.

Præscriptio in favorem Ecclesiæ introducta quo tempore finiatur; &

III i i 2 unde

Index omnium

- unde centenaria ortum habuerit.
p. 160. & seq. 80
- Præscriptions rerum Ecclesiæ inter-
est valde non esse longiores. ibid.
- Præscriptio introducta est in bonum
publicum, quietem civium & fa-
miliarum. p. 715. 6
- ad Præscriptionem legitimam requisi-
tæ conditiones recensentur. ibid. 7
- de Præscriptione rerum Ecclesiæ scitu
digna. p. 716. 8
- Præscriptions prolixas introducere
periculosem, & hominum nequi-
tiae expositum. ibid. 9
- Præscriptions centenariæ piis locis
indultæ, flagitiōse emptæ & ven-
ditæ. ibid. & seq.
- Presentatio, & Presentans.*
- Præsentatio facta insinuanda est apud
acta Ecclesiastica. p. 143. 11
- Præsentatum instituere non debet
Ordinarius, nisi præsentati capa-
citatem exploraverit. p. 145. 20
- Præsentandi consuetudine quomodo
jus patronatus prescribatur. p. 146.
& seq. 24
- Præsentatio, quæ effectum non est
integrum sortita, potest à Patrono
iterari. p. 148. 26
- Vide *Jus patronatus, Patronus.*
- Presul.*
- Præsum Gallicanorum nimia in dis-
pensando ad nuptias non solum
contractas, sed etiam contrahen-
das licentia perstringitur. p. 410. &
seq. 6
- Præventio.*
- Præventionis jus Papæ competens,
per Concilium Bafilense abroga-
tum, & per Concordatum instau-
ratum, quale sit. p. 204. 1
- Præventionis jus competit Legatis.
- Apostolicis, sed non Nunciis, ibid.
2
- Præventio cessat si coram Ordinario
res inchoata sit, quanvis nondum
Beneficium collatum. p. 205. 3
- Præventio valet contra Patronum Ec-
clesiasticum, sed non contra lai-
cum. ibid. 4
- Præveniri possunt Graduati & Indul-
tarii, etiam post insinuationem in-
dulti, sed non postquam Benefi-
cium vacans requisiverunt. ibid. 5.
& 6
- Præventioni non est locus contra
Cardinales Ordinarios, ne quidem
in Beneficiis Patronatus Ecclesi-
stici, nec ubi conjunctim Cardinali
cum Capitulo, aut Monasterio jus
conferendi, vel instituendi com-
petit. p. 205. & seq. 7
- Præventio tam Papæ, quam inferio-
rum Collatorum non admittitur
ubi statuto, consuetudine, vel pri-
vilegio divisum est jus conferendi
inter Papam & Episcopum vel Ab-
batem; vel inter Episcopum vel
Abbatem, & Capitulo. p. 206. 8
- Presbyter.*
- Presbyteros alienæ Dicecesis sine li-
teris commendatitiis non esse re-
cipiendos. p. 609. 5
- Vide in verbis *Clericus, Sacer-
dos.*
- Pretium.*
- Premium simoniacè acceptum pro re
spirituali, cui sit restituendum, non
data re promissa. p. 539. 1
- Premium simoniacè & injuste accep-
tum restituendum est illi qui in-
culpabiliter, neque liberè dedit,
etiamsi res spiritualis fuerit ei col-
lata. p. 540. 2
- Precii.

Rerum Notabilium.

Pretii simoniae accepti restitutio non
præcipitur , nisi per modum pœnæ,
& in tribus casibus. ibid. ;

Premium rerum venalium quotuplex.
ibid. 4

Premium legitimum consistit in indi-
visibili. ibid.

Premium vulgare habet suam latitu-
dinem : ubi an liceat illud super-
gredi , vel minuere ; & ad quid te-
neatur hæc faciens. ibid.

an Pretia rerum propter peculiarem
affectionem dominorum possint ad li-
bitum augeri. p.652.6

an Premium pro turpitudine & simili-
bus flagitiis acceptum restitui de-
beat : vide *Conditio*.

Principes.

Principes constituti sunt propter po-
pulos , non populi propter Princi-
pes : ubi de mutua populorum &
Principum obligatione. p.700. &
seq. 1

Vide *Velligal*.

Privilegium.

Privilegia à Principe sive Seculari,
sive Ecclesiastico concessa , stricte
sunt interpretanda. p.16.2

Privilegium ritè obtentum non cessat
morte , vel amotione concedentis :
& quid si ei particula limitans ad-
jecta fuerint. p.477.10

Privilegia externi quidem fori , sed
non contentiosi , an expirant mor-
te concedentis. p.479.9

Vide *Concessio*.

Probabilitas.

Probabilitatum fontes gemini indi-
cantur , quarum una interna , alia
externa dicitur. p.331.15

Vide *Confessarius* , *Opinio* , *Pæni-
tens*.

Procuratio.

circa Procurationes in visitatione de-
bitas mens Ecclesiæ proponitur.
p.523.& seq.4.&c 5

Procurator.

Procuratoris ad matrimonium con-
stituti requisita quænam sint. p.364.
2. 3

Procurator missus ad suspiciendum
infantem de sacro Fonte , an con-
trahat cognitionem spiritualem ,
an verò mandans. p.375.11. & 12

Professio.

Professio Regularis , quæ est medium
ad perfectiorem vitam adducti-
vum , prolus libera & spontanea
debet esse. p.92.1.2

Professio in strictioris observantiae
monasteriis utatis annum 18. re-
quirit. p.93.3

Professionem religiosam invalidare
possunt singuli ex sex defectibus
qui recensentur. ibid. 5

à Professione quomodo possit five
intra , five post quinquennium re-
clamari. p.94.6.& 7

Professio tacita à Jure communi ad-
missa , quæ tribus modis fieri po-
test , nullatenus in Regno Galliæ
recepta. p.95.9. & 10

ad Professionem nullus admittendus ,
nec ad Habitum Regularem , cuius
voluntas non fuerit ab Ordinario
loci explorata. p.96.11

Propositio.

Propositiones per Bullas Alexandri
VII. & Innocentii XI. damnatae
referuntur. p.332.& seqq.

Vide *Opinio*.

Provizio , & *Provisus*.
Provisus ignorantia , & bona fide de
Beneficio per alterius simoniā.

IIii ; non

Index omnium

non juvatur beneficio triennalis possessionis, sed sola decennii præscriptione. p.202. 18

Provisus ab Ordinario per obitum an præferatur resignatario à Papa, Legatove proviso, si resignans moriatur nondum expletis viginti à renunciatione dicibus. p.206. & seq.9. 10

Provisus de Beneficio quid agere debet post obtentam possessionem. p.212.1.& seqq.

Provisus debet solenniter in possessionem Beneficii mitti, & quomodo facienda sit hæc solennis in possessionem missio. p.214. & seq. 5. 6. & 7

Provisus de Beneficio Sacerdotio anexo, illud amittit si intra annum ad Sacerdotium promoveri non curet. p.219.8

Provisus in Gallia de Beneficio Ordinem sacrum requirente, non computat annum ad promotionem concessum, nisi post elapsum annum pacificæ possessionis collati Beneficii. p.220.10

